

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

An & quando Palpo. n. 415.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

restitutionem, quando ab ejus consensu dependet damnum; alter autem peccat solum contra charitatem. Ratio est: quia non hic, sed ille tantum est causa efficax damni. Hinc quando ad aliquam electionem requiruntur suffragia omnium, omnes teneantur ad restitutionem qui se subscripterunt iniquæ sententiae. V. g. iniquæ gabellæ. Quod si autem sufficiente vota majoris partis & numerus suffragiorum regalis sit determinatus, priusquam tu des suffragium, tu quidem non teneberis ad restitutionem, peccas tamen mortaliter contra charitatem consentiendo in causam iniquam, quia tunc causa damni fuit completa ante tuam suffragationem: Secus esset, si tuum votum sic tantæ auctoritatis, ut non consentiendo alijs faceres irritam aliorem electionem: Tunc enim efficaciter concurreres ad damnum.

### Palpo.

#### CONFERTIA. X.

Unus quis laudat ac commemorat hominis nobilitatem, excellentiam, vires &c. Vel exaggerat acceptam contumeliam, dedecus, contemptum minimè ferendum &c. Atque ita alterum efficaciter incitat ac permovet ad actionem injustam, vindictam, atq; quodvis aliud malum proximo inferendum: An incurrit obligationem restitutionis.

Resp. Si alter sine tali palpatione damnum

S

non

non intulisset, Palpo peccat contra justitiam, adeoque tenetur ad restitutionem. Ratio est: quia est causa efficaciter cooperans ad damnum alterius.

### Recursum.

### CONFERTIA XI.

416. **I**uxta Regulam Juris I. 3. §. non tantum ff. di incendio, dicitur: Receptatores non minus delinquunt, quam Aggressores. Resolendum itaque hic est, an, & qui recipiens malefactorem, teneatur ad restitutionem. Sitiquaque

**RESOLUTIO:** Ut recipiens malefactorem teneatur ad restitutionem, necesse est, ut recipiat eum qua talē formaliter, pro securitate maiē agendi. Est omnium & patet: Quia tunc solum influit in damnum, ut fiat, vel usus factum non reparetur, quando scil. fures occulte detinent, protegunt ac securitatem praestant ad damna inferenda, prædas corum servant &c.

Hujus modi sunt I. Advocatus causæ manifestè in justæ patrocinio assumens. II. Caupones, filios familias contra parentum voluntatem domo excipientes, ad prodigandas pecunias à parente profectitas compotationibus iusibus &c.